

C. de rusti. lib. xj. Et rusticitas sepe in iure nostro sumitur pro simplicitate & imperitia, vt l. j. ff. si quis in ius voca. non ie.

Rustici qui dicuntur, docet pulcher rimè Bart. in l. conficiuntur. de iur. cedi.

Rursus, id est iterum vel quotiescunque, & significat prout significatum proprium vel aliud medium significare declarat, verbi gratia, testator reliquit alicui de cem, & si perdidit rursus ei reliquit, dicit rex. qd nō amplius quam semel postquam perdidit, est iuandus Et sic dictio rursus: aliquando verificatur in vna vice. l. fid. eicommissa. § si quis. ff. de leg. iij. Ratio, quia nisi sic significaret, heres grauaretur sæpius nouā quantitatem præstando, quod non est verisimile testatorem voluisse, & c.

Ruta cæsa sunt quæ caduntur vel eruuntur, ff. de actio. empt. leges. di. §. si ruta.

### De Sante A.

**S**accarius auctore Budeo dicitur qui saccis gestandis victitat. Saccarius, dicitur baiul<sup>9</sup> qui sacco defert transfertque merces, aut aliquid aliud à loco in locum Et saccaria negotiatio est dictaque circa saccos versatur. Apuleius primo de asino: Operculas quas adhuc vehetur saccarium faciēs merebam. Vlpia in quadam leg. Si quid, ait, ex sacco saccarii excidisset. Et est saccus idē ferè atq; ex eadē materia, qua sagū sagi.

Saccularij, dicuntur, qui veritas artes exercētes ex sacculo partē subducunt vel distrahūt, vt ff. de extra. l. succularij.

Sacra quæ sint. Require suprā, res sacræ.

Sacra annotatio dicitur rescriptū quod Imperator propriæ mentis motu alicui indulget, constituens secundum preces illius aliquid fieri vel non fieri. Vide suprā rescriptum.

Sacra scriptura continet solū libros veteris & noui Testamenti, & non alios, & ratio redditur in c. quis nesciat. ix. distin.

Sacer locus dicitur qui ritè per Pōtiffices consecratus est. l. in tātū & l. sacra loca. ff. de re. diui. & in sti. eodem titulo. § sacra, & differt locus sacer. à sancto, vt colligitur in glo. lege secunda, inter dicta ff. de interdictis.

Sacrum oraculum dicitur rescriptum Imperatoris, quod orando quis impetrauit, vel est idē quod rescriptum vt suprā, de litera R, in verbo rescriptum,

Sacerdos, hoc nomine intelliguntur quandoque inferiores, & nomine clericorum superiores, & cōponitur ex dictionibus Græca, dos, id est datio, & Latina sacer, vt xxj. distinctio. clericos. §. sacerdos, sicut enim Rex à regēdo sic sacerdos à sacrificando dictus est. Et sacerdotes gentilium dicebantur flamines, quasi filamines, à filo quod gerebant in capite in signum sacerdotij & aliqui fuerunt protoflamines, vt in cap. clericos. præalleg.

Sacerdotes in diuinis eloquiis aliquando dii, aliquando angeli vocantur, & pro regibus sunt honorandi, non iudicandi, dicente Constantino Imperatore, dignum non est vt nos iudicemus deos. xj. q. j. sacerdotib. Etia sumitur sacerdos quandoque in malo. C. de male & mathe l. nullus aruspex, vbi ponitur pro incantatore.

**Sa**cramentum est sacre rei signum. Et qualiter differant sacramentum, signum, sacrificium, & mysterium probatur j. qu. j. multi. de consecra. di. ij. can. sacrificium, &c. signum.

Sacramenta ecclesie sunt septem. duo voluntaria, & quinque necessaria, no. gl. in c. veniens. de transact.

Sacrarium est locus in quo sacra reponuntur. l. sacra loca § j. ff. de re diuis. dic qd est illa pars que est prope altare, in qua sunt clerici ad celebrandum propter sacramenta que ibi conficiuntur: & quia in altari maiori (cum soleat esse sacrarium) includuntur reliquie, de cose. eccl. vel alta. per totum. Doct. in c. j. in gl. ij. de vi. & honest. cle.

Sacrificium dicitur quasi sacrum factum, quia precemystica consecratur pro nobis in memoriam Domine passionis. j. qu. j. c. multi

**Sa**crilegium de iure civili est cum sacrum de sacri tollitur. l. iij. ff. ad l. Jul. pecu. & l. aut facta. §. locus ff. de poen. & C. de crimi. sacrileg. per totum. De iure canonico quid sit, vide c. si quis contumax §. sacrilegium iuncto c. sequen. xvij. q. iij. vide Albe. in suo dictionario, in dictione sacrilegium,

& supra in ver. crimen sacrilegij. Sacrilegium dicitur quod sacrum laedens, vel sacrum legeas, id est furas, de quo xvij. q. iij. per totum, & maxime in c. quisquis. ad fi. Et est crimen mixtum: vt supra dictum est de crimine, vide bona gl. in c. sunt q. opes. xvij. q. iij. vbi dantur descriptiones sacrilegij, & pena committentis ipsum, & melius in c. sacrilegij. ead. q. in gl.

**Sac**cus sacci, & sacculus sacculi, pro nummorum loculis accipiuntur plerumque. Plinius libro secundo Aurum & ars & argenti liquatur in sacculis Marti Excussi loculos que & sacculum Vlpianus libro xviii in titulo de furtis. l. vulgaris. Sigis inquit, qui viginti numerum saccum deposuisset, alium saccum in quo scit triginta numeros esse acceperit. Et paulo post: Si quis ait, subripuerit furto duos sacculos, vnum decem, alterum viginti numerum. Idem in titulo de statu liberis. Lege statuliberos. Decem, inquit, iustus erat dare, viginti dedit, siue numerauit, siue sacculis dedit.

**Sa**ccularius dicitur, qui saccis, id est loculis quibusdam prestigias quasdam exercet, vt aliud fiat, aliud videatur fieri Vlpianus in titulo de extraordin. criminibus. l. saccularij Saccularum. Inquit, qd veritas in sacculis artes exercetes, parte subducunt, parte subtrahunt. Idem in titulo de effractoribus & expilatoribus. l. j. saccularium pro fure qui in sacculum res furto ablatas iniicit, accipere videtur Simili, inquit modo saccularij & directarii, erunt puniendi,

Sacrum, vt Macrobius libro Saturnalium primo, auctoritate Trebatij definit, ē omne illud quod deorum habetur, idque probat multis Virgilij carminibus. Iustinianus li. ij. Institutionū. Sacra, inquit, res sunt, quæ ritè per pōtiffices Deo dedicatæ sunt. Martianus quoque libro primo Digestorū, ti. de rerū diuisione. l. in tantum. Sactæ, inquit, res sunt hæ, quæ publicè consecratæ sunt non priuatim.

Sagarius est venditor sagorum, de quo Iuuenal dixit, in saga vendendi nubat caupone relicto. Est autem sagū textū ex lana caprina, aut hirca ex ouibus, idē ferè qđ faccus. Vnde sagarius, a, um, ad saga pertinens. Vl. li. xiiij. ti. de tributoria actio. l. procuratoris. Duas, inquit, negociationes, puta sagariam, & lintheariam.

Sagmen, inis, herba notissima est, non tamen sub hoc nomine, sed sub alio quo appellatur gramen siue verbena, Græcè agrostis; quæ verò Hispanè dicitur vulgo verbana, ea Latinè est verbena perica, & Græcè pistereon. Liuius l. ab vrbe cōdita. Sagmina, inquit, te rex posco, rex ait, puram tollito, fecialis ex arce graminis herbā purā attulit, & sequitur, Verbena caput pillosq; tangens. Idē quoque scribit Plinius li. 22. Nō aliunde, inquit, sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacratiss. legationibus, quàm verbenæ. cer

bro primo Dig. de rerum diuis. l. sanctum est. Sunt, inquit, sagmina quædam herbæ, quas legati populo Romano ferre solebant, ne quis eos violaret: sicut legati Græcorum ferūt ea quæ vocantur ceraria, id est caduca.

Sagmina sunt quædam herbæ, quas legati populi Romani portabant interlocutores pacis, quia nemo illas herbas portātes lædebat, sicut legati Græcorū solebant ea quæ vocantur cerycia ferre. ff. de rerum. diuis. l. sanctum.

Sagum, militare ac bellicū gestamētū fuisse constat, est alioqui sagū genus stragulæ vestis, haud dissimilis cilicio, in qua significatio ne frequenter vtūtur. Tranq. Pl. & D. Hierony. Vlpianus verò noster enumerat sagū inter vestimēta familiaria. l. vestis. de aur. & ar. leg. A saga sagarius deriuatur, vnde sagaria negotiatio. in l. cū duobus. pro socio.

Salarium est vectigal domiciliorū dictum quasi solarium à nomine solum, eo quod redditur & impenditur pro solo nomine pensionis. Aliàs ponitur pro præmio vel pro mercede laboris, & p renuntiatione, vt salarium aduocatorū. l. salariū. ff. mādā. quādoq; pro solatio, l. iubemus per hāc. C. de erog. mil. anno. aliquando p expēsis. l. si cūm dotē. ff. sol. ma. aliqñ p honore ex parte eius cui debetur. l. si remunerādi. ff. mād.

Salgama, inquit Merula, appellantur quæcunque cōditanea ad victum nostrum ex sale in vasis reseruantur, Columella li. 13. de re

rustic. Locu & vasa idonea salgamis præparari iubent. Idem in horto: Tempore nõ alio vili quoque salgama merce. Condiiebantur aut ex sale præter oleas asparagi, caparis, & tristes inulz, ferulæque minaces. in libro duo decimo Codicis, titulus est de salgamo hospitibus non præstādo. l. vnic. Ne quis, inquit, comitum, vel tribunorum salgami nomine culcitram, lignum, oleum, à suis extorqueat hospitibus. Accursus à sale & gamos compositum esse dicit, quod culcitram interpretatur, quoniam, vt ait, propter nuptias culcitra fit. Pulchra expositio, atque tali digna interprete, qui putet culcitram ob eam tantum causam paratam, & qui nulla cogente necessitate compositionem ex Latino & Græco faciat. Est igitur sensus legis, quod cum parochi soliti sint præstare hospitibus salgamā, appellatione gami non debent ab illis exigi culcitra, ligna, oleū. Atqui ligna, & sal sollita esse præberi, testat Horatius primo Sermonum, cum dicit, Et prochi qui præbet ligna salēque. Sed à sale appellatum esse salgamum, non est dubium. Sed appellatione salgami siue salis quid intelligi debeat, Imperator expressit.

Ant. Neb.

Salgamum secundum Hug. est idem quod culcitras, dictū à saluo vel salica, & gamos nuptiæ, vel gama mulier, quia maximè propter talia fiunt culcitra, scilicet maximè propter mulieres, vt in rub. C.

eod. lib. vij.

Salgami appellatione secundum Alcia. venit oleū, butyrum, & eiusmodi esculenta ad condiendū, & alia ad quotidianos vsus necessaria, cuiusmodi sunt ligna.

Salicium, locus est vbi salices constituta sunt, pro eo quod esse debuit, salicetū, ea forma qua à quercu fit quercetum, à lauro lauretum. Aliquādo etiam pro ipsis salicibus accipitur. Vergilius in Bucolic. Hybleis apibus florem depasta salicū. Et in secundo Georgicorū: Iurisconsultus arborum furtim cæsarum. l. vitæ. Arborū, inquit, appellatione contineri plerique existimauerunt, hederæ quoque, arundines & salicium. Pro loco verò salicū, Columella li. primo; In prata & arua salicūq; & arūdineta, Vlpianus titulo de fund. instr. l. quæsitū. Arūdineta, inquit & salicū antequam cæsa sint.

Nebrii.

Saliens, tis, dicitur fistulæ pars illa vnde aqua salit, quæ Græcè appellatur Grunos. Vitruuius lib. octauo, Athenis, inquit vsque ad portum pyrum ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo. Frontinus de aquæ ductibus. Binos, inquit, salientes diuersarum aquarum accepere. Vlpianus lib. xix. Dige l. lines. Labra, inquit, salientes fistulæ quoque quæ salientibus iunguntur.

Salientes, autore Budeo. capita sunt fistularum, atque etiam ipsæ tubulorū fistularūq; scarutignes.

Saligneus, a, um, quod est ex materia salicis arboris notæ. Cato. de

H te

re rust. Si lapis nō erit, paricis saligneis. Ouid. octauo Metamor. Lecto non indignanda saligno. Vlpianus, Arborum furtim cęsarum. l. vitem. Sed & si quis saligneas virgas instituendi salicę cę defixerit.

Ne.

Salmaria dicuntur ea, quę dantur pro sale. Etiā dicuntur portoria. Require suprā, Portorium.

Salina, locus vbi fit sal. l. j. quod cuiusque vniuersi. nomi.

Saltuarius, inquit Valla, est custos saltus Saltus verō dicitur vbi pascuntur armenta, ferę que versantur. Iuriconsultus tamen de legatis tertio. l. cūm quæreretur. pro agri custode accepit. Neque topiarium, inquit, ornādi, saltuatum autem tuendi fundi magis quam colendi causa paratū videri. Itē de fun. inst. l. instrumenta. Si etiā viridaria, inquit, sint, topiarij, si fundus saltus pastionesque habeat, greges pecorum, pastores, saltuarij.

Ne.

Saltus, tus, tui, est densitas arborum: & dicitur nemus raris habēs arbores, vbi ferę, canes, & venatores salūt. Vñ, Est nemus saltus, salientis, dicitur actus.

Et dicitur à salio salis, eo quod exiliat in altū, & in sublime cōsurgat, secundum Isi. li. xiiij. Etimol. c. vj. & inde venit fundus saltuensis. C. de fundo pa. & saltuens. li.

xj. Etiam dicuntur talia loca viuarua & forest. vt in cl. ne ī agro. de statu monachor. Et est duplex saltus. scilicet, hibernus & estiuus

Saltuarius, vide ī verbo, Topiarus.

Saltuenses dicuntur cōductores pra-

torum, coloni verō prædiorū. l. iij. C. qui milita. non possunt. & l. iij. §. saltus ff. de acquirēda possess. & l. creditor. ff. de actio emp. Salubris dicitur quasi salutis vber, secundum gl. in cl. dubium, de sepul.

Saluianum interdictum, require suprā in verb. Interdictū saluianū.

Saluo est dictio modificatiua & reseruatua præcedentiū gl. sing. in l. item-Labeo. ff. fam. herciscun.

Salustiani horti, fuerūt Romę, quorum Plinius libro septimo meminit, In cōditorio, inquit, salustianorum hortorum adseruabant. Aphric. de leg. j. l. idem Iulianus. si salustianos, inquit, hortos, qui sunt Augusti A. N.

Samaritanus & sarracenus differūt, vnde sarraceni secundum Goff. dicantur illi, qui nec verus nec nouam recipiunt Testamētum, qui nō ab Agar, ancilla Abraham, de qua fuit eorum origo, vocari voluerunt Agareni, sed potius à Sara vxore eius libera se sarracenos vocant. Tamen sunt quidam inter Sarracenos samaritani vocati à samaria ciuitate, qui receperunt quinq; libros Moyfi, sed prophetas respuerunt, quia illos respuerunt, ideo dicitur, & coniunguntur Iudęi samaritanis.

Sanctę res, Require suprā, Res sanctę.

Sanctum dicitur, quod defensum & munitum est ab iniuria hominum, vt ff. de rer. diu. l. sanctum, vnde Iustinianus dictus est vir sanctus, id est firmus, & virtutibus munitus. Martianus autem vnus

ex auctorib. legum ait, q̄ sancti dicuntur à sanguine, quasi immolando se ad effusionē sanguinis Deo, Aliàs à sanguinib. sanctus dicitur, quod nomen herbas significat, quas solebant portare legati populi Romani, ne quis eos violaret. ff. de rer. diui. leg. sanctum. sic sancta dicuntur, quæ neque sacra neque profana sunt, sic leges dicuntur sanctæ.

**Sanctio** dicitur propriè illa constitutio vel lex contra quam si factū fuerit, pœna irrogatur & imponitur, vt no. iij. dist. in sum. & capitur quādoque latè, vt in proœmio cle. Io. And. in versic. sanctio.

**Sanctio** quādoque dicitur quælibet Imperialis constitutio, vel institutio, quādoque dicitur totius iuris collectio. Et sumitur etiam strictè p̄ constitutione pœnali, vt no. iij. dist. in summa.

**Sanctio Imperatoris** est cui pœna sanguinis additur.

**Sanctio pragmatica.** Req̄re suprā. P.

**Sapa**, quod Græcè tum hepsēmē, tū Syreum dicitur, est cū mustū ad tertiam partem de coquitur. Plinius libro decimoquarto: Syreum quod alij hepsēma, nostri sapam appellant. Idem libro vigesimotertio. Vino cognata res sapa est musto decocto, donec tertia pars supersit. Marcel. Sapa, inquit, quod nunc mellaciū dicimus, mustum ad mediam partem decoctum est. Vlp. de fundo instruc. leg. quæsitum. Vas inquit æneum in quo sapa decoqueretur, & defrutum fieret & ea que ad bibendum lauandumque sa-

miliam parantur, instrumenti esse. Sapa, inquit Accursius, quiddā quod fit ad potandum, dicta quæ si parum saporis habens.

Ne.

**Sapa mustum** dicitur vsque ad tertiam partem, vel (vt quidam volunt) vsque ad dimidiam decoctum. l. quæsitum est. §. cellariū. ff. de fundo instruc. vas (inquiēs) æneum in quo sapa coqueretur.

**Sapientia** est de diuinis, sed scientia de mundanis.

**Sarcinator** vel sartor est ille qui nouit artem sarcienti & suendi vestimenta, & dicitur à sarcio. Et differunt sarcinator & fullo, vt no. inst. mandati. in fi. in gl.

**Sarcinators**, & **Sarcinatrices**, dicuntur autore Nonio, qui pannos, siue ex pannis vestes consuunt, Plautus in aulul. Petunt fullones, sarcinators petunt. Lucilius: Sarcinatore esse summum, suere centonem optimè. Vlpianus lib. xlvij. Dig. titul. de furtis. l. itaque fullo. Itaque vel sarcinator, qui polienda vel sarcienda vestimenta accipit. In alia quoque lege. Et ancillarum inquit, maximè qua sarcinatrix erit.

**Sarcophagus**, lapis est qui peculiariter hoc habet, vt carnem, ex cadaueribus exedat, dictus à sarx sarcos, quod est caro, & phago comedo. Plinius libro 26. Sarcophagus lapis est, qui fisci-li vena scinditur, corpora defunctorum condita in eo absumentur. Celsus libro quarto, Lapis qui carnem exedit, quem sarcophagon Græci vocant, Vnde

- Vnde & pro sepulchro quod ex eo lapide fieri consuevit, plerumq; ponitur, sed & pro sepulchro ex alia quavis materia. Iuuenalis, Sarcophago contentus erit. Modestinus de alimentis & cibus legatis. l. liberti. §. si. Ad sarcophagum, inquit, meum, memoria meâ quotannis celebrent. Marcellus tit. de religiosis. l. funeris. Si qua, inquit, vestiaria sunt, vel sarcophagi.
- Sarcophagus est locus vel tumba in quo sepelitur defunctus, & dicitur à *sarx*, *sarcos*, quod est caro, & *phagē* græcè, id est comedere latinè, quia ibi caro hominis comeditur à vermibus.
- Sarculus, *li*, vel *sarculum*, *li*, instrumentum ex quo sata sarcuntur, id est herbis internascentibus purgantur. Iuuenalis, Ne maræ ac sarcula desint. Aliquando simpliciter pro instrumento fossorio accipitur, vt apud Horatium in primo Carminum, Gaudentem patrio findere sarculo Agros. Vlpianus de fund. instr. l. instrumenta. Ligones, inquit, sarculi, falces purgatoriarum bidentes. Accur. multipliciter exponit.
- Sardonix, *ichis*, lapillus est vnus ex iis qui in pretio habetur, referens colorem Sardij & Onychis, ex quibus videtur compositum esse nomen. Onyx autem lapis est quem vulgus cornoelam appellat. De Sardoniche Plinius li. 37. multa scribit. Vlp. lib. xlvij. Dig. ti. de bonis damn. l. diuus. Si damnatus, inquit, in digito habuerit aut sardonicha, aut aliam gemam
- magni precij. N.
- Sarculus est instrumentum, cum quo ramus abscinditur, vel aliquid aliud, & cardones & herbae inutiles exciduntur & euelluntur que nascuntur inter bonas Esa. ca. 7. Omnes montes in sarculo sarcientur. & 1. Reg. 13. in fin. secundum Ioan. Andr. in proœ. cle. in vers. sarculum.
- Sarmatæ, siue Sauomatæ, nam vtroque modo appellatur, populi sunt septentrionales, alteri in Asia, alteri in Europa, nam duplex est Sarmatia. Lucan. in 3. Et iuncto Sarmata velox Pannonio. & ibidem: Affinis Sarmata Moscho. De auro & argento legato. l. argumen. Sūt, inquit, nationes quædam quæ pellibus vtuntur, veluti Sarmatarum. Ne.
- Sarratecta dicuntur ædificia quæ reparatione indigent.
- Sarratecta dicuntur opera publica quæ locantur vt integra præstentur, vide Budæum in l. hætenus. ff. de vsufr. in anno. ad pandectas.
- Satius pro eligibilius atque melius, aduerbium est comparandi, ab eo quod est satis. Iuena. Hoc satius quam si dicas sub iudice vidi, Quod non vidisti. Vlpianus de fideicommi. liber. l. si debitor. Satius est eum qui agnouit legatum onerari. N.
- Satis accipere correlatiuum habet satisfare, vnde satis acceptio dicitur stipulatio, quæ ita obligat promittentem, vt expromissores quoque ab eo accipiantur, id est qui idem promittant. l. v. de verb. oblig.

Satisficare est securitatem per fideiussores dare ff. qui satisfica. cogã. l. j. Vel secundum Az. est alicuius implere voluntatem.

Satisficatio est cautio fideiussoria. vel et iuratoria si fideiussorẽ q̄s dare nõ possit. Require. s̄. Cautio.

Satisficere quid sit, patet in l. j. præ alleg. & ff. de pign. actio. l. si rem alienam. §. omnis. & satisficatum intelligitur qualitercumque satis fiat. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. l. item liberatur. in princ. & ff. de pigno l. si rem præ alleg. §. satisficatum.

Satricum, vrbs fuit antiquissima Italix, de qua Liuius libro 28. Satrici matris maturæ de cœlo tactam ædem. Florus de bello latino. Satricum atque Corniculum quis credat? tunc provinciæ fuerunt. Scæuola tit. de legatis in j. l. patronus. §. libertis. Fundum, inquit, Saricanum in regione Niphana. Neb.

Satyræ lex, requirere supra in ver. lex satyræ.

### De S ante C.

Scæna, vt inquit Seruius, i illud Virg. 1. Aenei. Tũ syluis scæna coruscis De super. potest inumbratio interpretari, apud antiquos enim theatralis scæna parietem non habebat, sed defrondibus arborum vmbracula quæ robat, postea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Vlpianus de iis qui notantur infamia l. quod prætor Qui in scæna, inquit pro dierit, infamis est. Et subdit, Scæna autem est, vt Labeo definit,

quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco vbi quis cõsistat moueatur, spectaculum sui præbiturus. Inde ludi scænici dicti, qui in scænis repræsentabantur. Sed definitio Labeonis de scæna versatili intelligenda est, de qua Virg. i 3. Georg. Vel scæna vt versis discedat fontibus. De scæna versatili Plinius & Valerius. Inde dicti ludi scænici, qui in scæna repræsentabantur, quorum sit mentio à Iurisconsultis frequenter.

Scæua, dicitur q̄ manu sinistra perinde ac dextra vitur, nam scæuos græcè, sinister interpretatur, hic Romanorũ cognomina. Hic Scæua miles ille Cæsarianus, qui bello civili fortiter dimicans, pro munitione cæsus est & Scæuolarum nobilissima familia. Vlp. de ædil. edicto. l. qui clauũ. Scæuam, inquit, non esse morbosum.

Scandularius, est faber lignarius qui scandulas facit. Sunt autem scândulæ ex ligno assulatim defecto. Plinius libro 16. scândulæ è robore aptissimæ. Vitruuius libro 1. scandulis robusteis aut stramentis. Vegetius libro 2. de re militari, Tempore hyemis de regulis vel scandulis porticus tegitur, Inde scandulare, quod scândulis cõstat, Apuleius tertio. Meta. Iam vecors animi teatũ scandulare conscendit. scandulariorum meminit Iurisconsultus de iure immuni. l. quibusdam.

Scapha, nauigij genus est minusculum, veluti monoxylon, hoc est ex vno solidoque ligno excava-



tū ad quod alluſit Virg in Geor. cū dixit, Caua arbore intres. Et eſt ferè quæ deputata eſt maioris nauis miniſterio, & quæ pro tempore nunc ex nauī deducitur, nunc in nauem ſubducitur, Dicta eſt autē ſcapa, à ſcapro, quod eſt cauo ſiue fodio. Labeo titulo de fund. inſt. l. ſi nauē. ſcapa, inquit nauis, non eſt inſtrumentum nauis. Neb.

Scaphium vas eſt in quod ventris ſordes excipiuntur, Martialis. Qui mentora frangis in ſcapium mœchæ Sardana pale tux. Iuuenalis, Et ride ſcapium poſitus cum ſumitur armis Vlp. in titulo de auro, & argent. leg. l. Quintus Mutius. Argento autem legato non puto ventris cauſa habita ſcapia contineri, quia argenti num. nō habentur. Accurſus ſcapium genus cinguli eſſe dicit, & ventris cauſa exponit, quia corrigia eſt pro ventre ſuſtentando, quali non ex auro etiam ſcapa fieri conſueuerit, dicente Martiale. Vētris onus miſero, nec te pudet. excipis auro. Neb.

Scapha eſt parua nauis. l. ſcapam. ff. de euict.

Scaphina genus eſt cinguli. l. Quintus. §. ſi ff. de au. & ar. leg. Imo vero illic legitur ſcapia numero plurali, à ſingulari ſcapium, qđ ſignificat vas mulierum ad alui excrementa ſuſcipiendum.

Scapula, & cuc. Ila veſtes ſunt monachales i auth. de nup. §. ſacim<sup>o</sup>

Scena ſecundū vnā ſignificationē eſt obūbratio vel elatio in thea-

tro vel alio loco in quo hiſtriones, mimi, vel ioculatores ſiue comædi ludos ſuos exercent, & ſic videtur accipi. C. de ſpectacu ſceni & leno. lib. xj. Idem verbum habes ff. de hiſ qui no. infa. l. 2. §. ait prætor. & 2; diſt. maritū. & ibi exponit Ar. cen. ſenicæ mulieres, id eſt proſtulariæ vel meretrices. Et dicuntur ſcenicæ mulieres, quæ in ſcena, i. loco turpi, vt proſtubulo ſtant, à ſcena, i. theatri in umbratione vel ſpectaculo circi vbi conſueuerunt tales proſtare. ff. de iis qui no. infa. l. 2.

Scenæ dicuntur qui promotiorē, & expeditiorem habēt ſiniſtrā manum, quā dextram. l. qui clauū. §. item ſciendum. de ædil. edict.

Schedia græcè, latinè dicitur ratis, de qua dictione dictum eſt ſuperius loco dicto.

Schema, id eſt ordo iudiciorum, in auth. de iud. in pri. vel ſchema, id eſt ſententia. eo. tit. §. 1. aliquando ſchema, id eſt eremodicium. no. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. Aliquādo accipitur pro titulo pro ſoluto. in auth. de eccle. rerū alie. §. pen.

Schiſma ſecundum Gof. eſt illicita diſſentio, diuiſio vel diſceſſio eorum inter quos vnitas eſſe deberet. Vel ſic, Eſt illicitus ab vnitate eccleſiæ vel ab vniuerſitate diſceſſus. Et dicitur à ſchiſſura, quia per ſchiſma fit ab vnitate ſchiſſura xxxij. q. j. ſchiſma. & diſſert ab hæreſi, quia hæreſis in prin. ſui habet peruerſū dogma, ſed ſchiſma in fine fingit aliquam hæreſim, vt recte ab eccleſia videatur reſeſſe,

recessisse, vt dicit Hiero. 24. q. 3. Scientiæ quadriuales sunt vt musica hæresis. Et sic schisma & hæresis ca astronomia, geometria, &c. in differunt, sicut genus, & species, stit. vt suprâ.

quia omnis hæreticus est schismaticus, sed non e conuerso nisi durauerit. Scissere, idem est quod statuere seu decernere, propriè autem plebs scissere dicebatur, populus verò iubere. Hinc plebis scita, id est plebis decreta.

Schola dicitur societas scholarium, vel locus in quo discunt aliqui, vt scolares, vt sciant scientiam, & Scissarij, tūcarij & oratorij, idē sunt. prudentiam, alij militiam, vt tyrones, vt C. de priuile. scho. l. 2. Scita sunt ea quæ plebs tantū cōstituit, & vocatur scita, eo q̄ plebs lib. 1 2. nam schola Græcæ, est vocatio Latinè. ea sciscit, & sciscitat seu rogat, vt fiât, secūdu Iusd. lib. 5.

Scholaris est persona vacans ab humanis negotiis, scholastici sedita disciplinis. Et dicitur à schola Scoparij serui, q̄ domū scopis vergræcè, id est vacatio latinè, & a runt ac purgāt. l. istrumēta. de fū. if. res virtus, quasi virtutib. vacans. Scortum est meretrix à viris plurimum autrectata, & cuius nimio coitu genitalia ad corij duritiem obcalluerūt indurueruntque. Festus Pom. Scorta, inquit, meretrices, quia vt pelliculæ subigantur, omnia nāque ex pellibus facta, scortea appellantur. Iulianus libro xij. Di. ti. pro emptore. l. si qs

Scholares etiam appellantur milites in sacro palatio Imperatoris, & in hoc sensu accipiuntur scolares. in ti. de priuile. scho. lib. 1 3. C. nam & schola militum dicitur auctore Vegetio. scorto, inquit, daturō pecuniam seruis emeret. Neb.

Scientia triplex est, eminens, mediocris, & sufficiens. Eminens dicitur illa per quam quis scit difficillimas quæstiones explicare, & Scribē cēsuales sunt q̄ scribūt cēsū. C. de tabul. i rub. lib. duodecimo.

definire in promptu sine reuolutione librorum. Mediocris verò dicitur per quam quæstiones difficiles decidit cum reuolutione librorū. Scribæ logographi secundum Acc. dicuntur qui publicis rationibus Sufficiens autem est legitima requisita secundum qualitatem officij seu beneficij, secundum Ir. n. & Abb in c. cum in cūctis. na. 4. de electio. scribendis deputati sunt, nam logos græce rationes publicas dicimus latine, & graphos scriptura. Hi etiam numerarij appellantur, vt C. de suscep. p̄zposit. & arca l. duos, lib. decimo.

Scientiæ triviales dicuntur quib. maximè vtuntur ciuitates, vt grammatica, rhetorica, dialectica, physica, seu medicinales. Inst. de excu. tut. §. item Romæ, in gl. Scribē tabularij secundum quosdā olim creabatur ad tempus trienarij ad scribendam publica rationia prouinciarum seu ciuitatum, secundum Accur. C. eo. ti. in rubr. libro x. Et proprie sunt

illi, qui scribunt nominatos ad munera, & honores, & tributa soluta, & dicuntur tabularij, quia publicis instrumentis presunt in singulis ciuitatibus, & hi appellantur librarij, vt ff. de regulis iuris. l. si librarius, & tabelliones vt in auth. de tabellio. collatio. 2. & sic potest accipi. C. de bo. lib. l. si quis. §. primo, licet, & aliter ibi exponatur. Alias scribae dicuntur qui circa principes vel alios magnos iudices sunt deputati pro actis & gestis conficiendis. Hi quoque vocantur scriptores, notarij libellenses, pragmaticales, epistolares, ex quaestores, vt C. de appel. l. precipimus. & le. in offerendis.

**Scriniarij**, & scriniorum memoriales idem sunt, & magistri scriniorum etiam scriniarij appellantur tabelliones, vt in c. ad audientiam, de praescriptio. in gl.

**Scrupulus**. siue scrupulum, lapillus est in forma diminutionis a scrupulo, quod est lapis asper. Aliquando tamen accipitur pro 24. parte vnciae: a graecis id pondus grammadicitur. Priscia. de ponderib. Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo Gramma vocant. Scrupulum nostri dixerunt priores. Iustinia. li. 1. C. ti. de metallarijs. l. 1. Octonos, inquit, scrupulos in baluca, hoc est tertiam vnciae partem, quoniam vt diximus, vncia quatuor, & viginti scrupulos continet.

Nebrii.

**Scrupulosus**, a, um, accipitur pro scrupulis, hoc est asperis lapillis

plenus. Vnde res difficiles scrupulosae dicuntur, & scrupulositas, illa difficultas, atque examinis scrupulosa subtilitas. Vl. li. vigesimo octauo. ti. de iniusto test. l. posthumus. Licet iuris scrupulositate nimiaque subtilitate testamentum ruptum videatur.

Nebrii.

**Scrupulositas**, id est, nimia subtilitas. l. posthumus in priac. ff. de iniusto testa. Aliquando, id est damnum. nota in glo. §. quia verò leonis. in authen. de non alie. & in le. fin. C. de necess. ser. here. instir.

**Scrupulus** est xxiiij. pars vnciae, tres scrupuli faciunt drachmam, octo drachmae faciunt vnciam. l. 1. C. de me tal. & metal. lib. 1. 1. & vide ibi Bar.

**Scrupulus** etiam quandoque accipitur pro sollicitudine, & dubitatione. l. 3. C. de interd. matrimo. ducta metaphoricè significatione a scrupulis, id est, minutis lapillis, qui insipientes in calceos pedes magna cum molestia premere solent.

*S ante E.*

**Sebastiani**, siue sebastiani, populi sunt sebastae urbis incolae, quo nomine duas vrbes legimus, alteram Capadociae, & alteram Samariae in palestina Iudaea, quae in honorem Augusti Caesaris, qui graecè sebastos, sebastia est cognominata. De vtra tamen illarum in ti. de ann. leg. l. liberto. §. Lucius.

cius. Iurifconsultus intellexerit non liquet neque multū refert, cum dicis patriæ suæ ciuitati festianorum.

Secessus, locus à turba & tumultu separatus. l. si cum dies, de recep. arbi.

Secretarium. in l. 2. C. de prox. sac. scri. pro aula, in quam iudices cōueniunt ad ius reddendum.

Secundum præpositio, multas habet significationes inter quas & illam, quod aliquando accipitur pro eo quod est pro. Gel Sin vero secundum te iudicatum erit, id est, pro te, id est (vt vulgo loquuntur) in fauorem tuum. Idem li. decimo tertio, illi vnde petitur crederet, & scdm eū iudicaretur.

Aliqñ ponitur pro iuxta. Luca. in 8. secundum Aemathiam lis tanta datur, & Virg. ; Georg. Et plena secundum flumina. Vlp. ti. de præsc. ver. l. duo. Duo, inquit, secundum Tiberium cum ambularent. Papiñian. li. quadragesimo tertio. Dig. tit. de via publica l. ædiles. Eas, inquit, quæ secundum ciuitatem sunt vias. Ant. Neb.

Secundæ nuptiæ dicuntur, cum aliquis cum aliqua secundo nubit, & sūt omnes nuptiæ, quæ sequuntur primas nuptias, siue sint tertiæ, siue quattæ, & sic de alijs, de hoc C. de secundis nup. in rub.

Secundicerius olim dicebatur qui secundum locum obtinens, scriptus erat secundo loco in matricula notariorū, vt C. de primice. & secundice. l. 1 & 2. li. duodecim.

Secūsdus heres appellatur heres substitutus. l. precibus. C. de impub.

& alijs substitu.

Securus dicitur qui sine vlla cura est, quem alioqui Iurifconsulti vocare solent supinum, id est sordem & desidem. l. plurimum. de iur. & fac. ign. securum etiam dicimus, cui vel pignore vel fideiussione cautum est l. habere. §. cautum. vbi Alc. de verb. sign.

Sed quandoque capitur aduersatiue & aduersatur in iure Quādoque autem adiuncta copula aduersatur etiam in facto. ff. de per. hered. l. sed & si. in prin. cū gl. impropriatur tamē, vt in l. ij. in fi. ff. si quis cau. vbi quando cum copula ponitur, vt dicendo, sed & si, & aduersatur ad factū, non ad ius, imò significat identitatē iuris, & sumitur illud significatum ex copula quæ copulat nomina, & nō factum sequens cū præcedenti, quia nō potest, cū sit factū diuersum, copulat ergo quo ad ius. Quādo autē sine copula ponitur cū cōditione si, vel sine ea, tunc simpliciter significat aduersatiue quo ad factū & quo ad ius vt in l. sed si præall. similiter in l. ij. i gl. super verbo fortius. ff. ne quis eū qui in ius voc. vi exi. Significat ergo dictio sed, aduersatiue simpliciter vel tantū ad factū, prout significatum suū vel aliud declarat vel concludit.

Seditio dicitur quasi seorsum itio, quia in diuersum vadūt aliosque trahunt, vel à sedo sedas, per contrarium, vt dicit glō. in rubri. C. de seditiosis. Et dicitur seditio, quietis publicæ turbatio C. eod. ti. l. j. & ij. de hoc no. xlvi. dist in.

seditionarios, & ibi per Arch. & Ioann. And. de immunit. eccles. c. decet lib. vj. Et tales concitantes seditionem, puniuntur pœna capitis, vt not. in l. denunciamus.

C. de his qui ad eccle. confug.

Sedularium pro lectica siue sella videtur accipere Iuriscōsultus in tit. de supellect. leg. l. instrumenti. cum dicit, Rhedæ & sedularia, nã sellam à sede dici, d. mutata in l. omnes grammatici testantur, sellam autem accipi manifestum est, lege vtrumque.

Nebr.

Sedularium, quæ vox habetur in l. iij. de supellectili legata, quidã interpretantur sellam lecticam.

Selinis, nomen est duarum ciuitatum altera namque est Ciliciæ, de qua Lucaa. libro 8. Quo portu mittitque rates recipitque selinis. Altera siciliæ, de qua Virg. 3. Georg. Palmosa felinis, de hac Iuriscōs. in tit. de censibus, in sicilia, inquit, selinis & Traianopolis.

Nebr.

Sella pro lectica siue pro parte lecticæ, in qua sedet qui lectica vehitur, nam Iuena. de eadem re sellam, & lecticam dixit, Centũ, inquit, quadrantes lectica petit, & paulò post. Ostendens vacuã, & nudam pro coniuge sellam. Paulus de seruitutibus rusticorum prædiorum. l. qui sella, vtrũque coniunxit. Qui sella, inquit, aut lectica vehitur, ire, non agere dicitur, quod quàm ineprè ab Accursio exponatur. in verbo lectica diximus.

Nebr.

Sella, idẽ quod sedes. Paul. in l. qui sella. de seru. rusti præd. accepisse videtur pro sede, in qua sedet, qui vehitur lectica.

Semis semissis, p solidi, hoc est assis dimidio: vt si quis ex semisse institutus sit heres, intelligendum est dimidium hereditatis illi debere cedere. Labco tit. de vulgari substitutione. l. si pater. Vt vnus, inquit, semis apud te maneat, & ibidem l. & si per bonorũ possessionem semis ei sit ablati.

Semisses vsuræ, quæ dicantur, & quæ trientariæ, primus omnium ostendit Hermolaus Barbarus, vir omnium meo iudicio nostri seculi eruditissimus: is enim in secunda æditione castigationum Pliniana rum lib: 14. in illud, vsura multiplicata semissibus: ex auctoritate Columellæ, atque ipsa ratione & æquitate quæ omni auctoritate præstantior est manifestè demonstrat, vsuras semisses eas esse, quæ centenis nummis redduntur quotãnis, habita ratione non ad centũ, sed ad duodecim vncias, quæ assen constituunt. Trientarias verò vsuras quæ ex centenis reddunt quaternos nũmos. Quadrantarias quæ ternos. De semissibus vsuris dixit Plinius. Vsura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac modica est. Quod si ex cõtũ quotannis quinquaginta redderentur, esset profecto inciuilis & iniqua, tãto mitiores quæ trientes & quadrãtes appellantur. De trientaria vsura Capitolinus in Alexãdro scripsit, exercuisse illũ trientarium

tarium fœnus vt æquissimum & leuissimum, ad vsum reipublicæ de hac quoque scribit Pau. in ti. ad legē Falcidiam. l. si heres. Si reipublicæ, inquit, in annos singulos legatum sit, cùm de lege Falcidia quærat Marcellus putat tantùm videri legatũ quantum sufficiat forti ad vsuras trientes eius summæ quæ legata est colligendas. Est sensus legis, si reipub. legati essent in annos singulos quater mille nummi & centum millibus nummorum, quibus æstimatur hereditas, quaterni milleni colligerentur quotannis vsuræ trientis nomine. Quod si (vt isti legum interpretes putant) vsura triens esset nõ quatuor de cētũ, sed trigintatria sequeretur hoc incommodum quòd si hereditas centum millium nummorum foret, ex ea in annos singulos viginti quinque legarentur, quis tam stupidus, tãque nullo sensu talem hereditatem adire vellet, quæ quarto demum anno absumeretur, & obligatio nihilominus legati tota mæeat? Hoc legũ interpretes nõ cõsiderãtes omnia miscent atq̃ perturbant, neque tamen enarrant, aut aliquid certi enuntiant. Accursus in primis, qui exemplo quod ponit exponẽdo legẽ omnino faretur se ignorare quid sit vsura triens. Sic etiam intelligendum est, quod Scæuo. lib. xxi. Dig. titulo de vsuris. l. qui semisses, scribit. Qui semisses, inquit, vsuras promissit per singulos annos & mino

res præstitit, heres creditoris semisses petit, &c. Sed vt liquido ante oculos ponam⁹, quid per vsuras semisses intelligendum sit licuit ad verbũ transferre quod scribit Columella l. iij. de re rustica. Vinitor, inquit, licet si temptus sex vel potius octo millibus sestertiis, tum ipsum solum octo iugerum totidem millibus nũmorum partem, vineasq; cùm sua dote, id est cum pedamentis & viminibus binis millibus in singula iugera positas ducit. Fit tũ in diẽ consummatum pretium sestertiorum 29. millium. Huc accedunt semisses vsurarum sestertia tria millia & quadringenti octoginta nummi biennij temporis quo velut infantia vinearum cessat à fructu, sit in assem summa sortis & vsurarum triginta duo rũ millium quadringentorũ octoginta nummum. Quod quasi nomen si vt fœnerator cũ de bitore, ita rusticus cum vineis fecerit, eius summæ vt in perpetuũ prædictam vsuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille non gentos quinquaginta sestertios nummos. Ex his Columellæ verbis euidentissimè colligitur ex vsuris semissibus non quinquagenos de centenariis, sed senos dũ taxat in annum redire creditoribus, sicuti quaternos ex trientibus, & ternos ex quadrantibus:

Ant. Neb.

Semestre est tempus sex mensũ & duo semestria faciunt annũ. vi-

de Instit. de execu. tut. §. item diuus. in gloss.

**Seminarium** locus est subactus, in quo semina, id est sarculi vel vitium, vel aliarum arborum panguntur, ut cum ad certam quantitatem excreuerint, ut vinerum pomarium, arbustumve transplantentur.

**Semis** colligitur ex sexvnciis, & est dimidia pars assis & dicitur quasi semi as. C. de metal. l. hac lege lib. xij.

**Seminecis**, id est semimortui, ut in l. qui indignum. C. de testa. vbi dicitur. Non sunt necessaria obseruari momenta verborumque seminecis & balbutientis lingua profundit.

**Semita**, id est via. l. si ex plagis, ff. ad l. Aquil. c. ad audiētū. de homici.

**Semper**, id est omni tempore & omni casu. l. semper. ff. de iur. immu. & no. l. j. ff. sol. matr. & denotat continuationem, ut insti. in proœ. ibi semper Augustus. & l. ij. in fin. C. de episc. & cle. Aliquando hæc dictio semper, subauditur à iure. l. iuris gentium in princip. ff. de pact. Aliquando sēper fieri dicitur quod sit hōis debitis & ordinatis, & ita exponitur in ea. si laicus xxxj. distinct. aliquādo semper, id est imperpetuū. l. si ff. ad l. Pomp. de parric. Aliquā sēper, id est sine temporis præfinitione. §. appellatur Insti. de except. & l. in cognitione. ff. ad Sylla. Aliquando denotat animi motū. Iuuenalis, semper ego auditor tantum. Et de sua expositione vide §. pec. in ti. de test. in inte-

gr. §. iij. circa mediū, & per Bar. & alios doct. in d. l. j. ff. sol. matr.

**Senatores** dicuntur magistratus populi, quasi seniores: nam secundum Azo. leges prius fiebant à populo eiusque interuentu, sed quia aucto populo cœpit difficile conuenire in legibus condendis, ideo elegit populus centum senatores, ut C. de peti. hered. l. vltim. ut ipsi vice populi consulerentur, & quicquid statuerent lex esset. Senatores autem sunt qui à patritiis & consulibus usque ad viros illustres descendunt, & his solebant dicere sententiā in senatu, quare etiam consulem Romanum vocamus senatorium magistratum, ut ff. de sena. l. vltim. & insti. de iure na. gen. & ciui. §. lex est. Senatores etiam dici debent senatorum filij & nepotes ex filiis nati, non autem nati ex filiabus, ut l. liberos. ff. de senato.

**Senatus** est cœtus ille honestissimus senatorum, qui centum erant numero, ut dicitur Azo. ff. de legi. & sena. consul. & parificatur senatus principi, ut puta cum habeatur vice populi, & ante imperatorem per populum, & post imperatorem per principem constitutus fuit senatus, ut ff. de orig. iur. l. 3.

**Senatusconsultum** est quod tantummodo senatores habito consilio populi consulendo decreuerunt secundum Isidor. libr. v. Et nota quod multiplex est senatusconsultum, ut infra patet.

**Senatusconsultum Apronianum** alias sempronianum, omnibus ciui-

ciuitatibus fideicommissariā hereditatem iubet restitui, & in eā & ad eam omnes actiones trāsferrij.

Senatusconsultum artificianum alicū artificianum, est, quo cauetur, vt præfides prouinciarum cognoscant in prouinciis de libertate, licet heres nō sit illius prouinciæ.

Senatusconsultum Claudianum statuerat, q̄ mulier libera serui amore capta, si ei denuntiatum esset à domino ne cōmisceretur seruo suo, & iudex sup̄ ea causa admonisset, nec ipsa acquiesceret, substantiam suam & libertatē amittebat, & fiebat serua vel ancilla domini denuntiantis: q̄ quia visum est miserabile & indignum, sublata.

Senatusconsultum Limasianum dicitur, quo cautū est si abest ille iusta causa qui libertatē debet, & hoc pronuntiarūt, sit q̄ per idem libertas ei cōpetat. ac si ab ipso directē data esset.

Senatusconsultū Domitiani temporibus factum est, quo cautum est qui per collusionē ingenuus iudicatus esset, cū esset re vera seruus, fieret seruus eius qui collusionem detexisset.

Senatuscōsultum Fauianum in defuetudinem abiit, introducēs adoptionem fieri per tres mares adoptantes, & tres intercedentes emancipationes.

Senatusconsultum Iulianum, dicitur, quo directam sibi serui accipiunt libertatem, cū illi à quibus libertates erant relicte, ap̄

tore vocati nolunt adesse.

Senatuscōsultū Iunianū, aliàs Vintianū, post ad libertatem proprium heredis seruū vel p̄ducit emptū, siue domin⁹ iusta causa absit vel latiter, siue nō vult manumittere.

Senatusconsultū Largianum meritō est abrogatū, latinam inducens libertatem, quia quis morte sua recipiebatur extra libertatem.

Senatusconsultum Libonianum eū coerces, qui ob instruēdā actiōnē vel testimoniū dicēdū pecuniā acceperit pactū ve fuerit. Itē qui perfecto instrumēto, legatū sibi adscribit. Itē qui heredem ex heredationē, aut in alicuius cōdēnationem legatum ascribit.

Senatusconsultum Macedonianum habet locum quando aliquis filio familias in potestate patris existenti mutuo pecuniam tradidit, quia hoc senatusconsultū p̄hibuit mutuā pecuniā dari filius familias ne onere debitorū prægrauati essent occasio machinādi mortem patri. Si autem contra senatusconsultū istud quis filio familias nummos tradiderit traditos amittat, nisi ipse filius familias habeat castrense peculium vel quasi castrense, eo em̄ vitur vt pater familias. Est autem dictum Macedonianū secundum Azo, C. eo ti. à Macedone pessimo foeneratoro, qui tradendo pecuniam, et si non expressē, tamentacitē & velatis verbis suadebat de occasione patris. Et nota quod Macedoniano renuntiare non potest, vnde post sententiam da-



- tur exceptio ex eo. ff. ad macēdoni. l. j. & ratio est quia est inducū in fauorem filiorum familiaris, & in odium creditorum. ff. de cond. indeb. l. qui exceptionem, hæc Goffr. de nūcia. §. renūtiatur
- Senatusconsultū Numianum** censuit, nō licere libertinis statū suū priuaris pæctis immutare, pœna contra collusorem statuta: & iure patronatus in detectorem collusionis translatio.
- Senatusconsultum Orficianum** ad successionem matris intestatæ filias vel filios legitimos siue vulgo quæsitos vocat, nisi mater sit illustrius cuius filium nominare spurium satis est acerbum.
- Senatusconsultum Pegasianū** statuit vt quando scriptus heres rogat<sup>9</sup> est totam hereditatem vel plusquam dodrantem restituere alieui, liceat scripto heredi tot<sup>9</sup> hereditatis quartā partem retinere, quo casu onera hereditaria sustineat inter se & illū cui hereditas restituitur, inter quē & ipsum cui hereditatem restituit, stipulationes solebant interponi vt cōmunicent pro rata parte lucrum & damnus.
- Senatusconsultum Pisonianū** vult vt si pœnæ obnoxius siue seruus venisset, quando animaduersum sit in eum pretium venditor præster emptori.
- Senatusconsultum Plutianū** de liberis agnoscendis loquitur, qui post diuortium eduntur, per hoc permittitur mulieri si putet se prægnantem denunciare marito suo intra xxv. dies, vel xxx post diuortium, ita quod nisi marit<sup>9</sup> custodes miserit, aut contrarium nuntiauerit ex se eam non esse prægnantem, cogatur partum agnoscere tanquam suum. Si vero ipsa oppressa fuerit, nullū huic partui generat præiudicium.
- Senatusconsultum Sillanianum** & **Claudianū** punit seruos capite qui dominis suis cū vocarentur omnimodam opem vel auxiliū (inquantum potuerint) non tulerūt vel impēderunt, cū ipsi hoc viderent & audirent. Et ponit edictum in quo prohibetur testamenta aperiri, recitari vel describi, vel hereditates adiri, sub certa pœna ante quæstionem adhibitam de morte defuncti, & cōtra facientibus pœnam imponit vt lege, si quis in graui. §. quod autem ff. eod.
- Senatusconsultum Tertullianū** quocauetur matri non auiz de ab intesta. successione deferenda, vt mater in genua trium liberorum ius habens, si libertina quatuor, filio succedat de functo non existentibus legitimi liberis vel emancipatis, nec à patre nec à matre defuncti, sed nouo iure, & sit solum vnus peperisset, siue si ingenua, siue libertina, idem ius versatur. Vel **Senatusconsultū Tertullianum** dicitur cū matres vocantur ad hereditates filiorum. vt instituit. de senatuscon. Terryli. per tot. & not. in l. j. ff. eo. tit.
- Senatusconsultum Traianum**, aliàs **Caruiantum** statuit, si inter plures heredes infans sit qui dari nō possit

possit, & ipsi rogentur seruum manumittere, non ideo libertas intercidat, quia fati non potest infans, nec seruum potest vedere sed æstimatis partibus seruū manumittant salua portione infantis.

**Senatusconsultum Trebellianū** à nouo iure incrementum & formam hanc accepit, vt excluso senatusconsulto Pagasiano, liceat hereditatem restituenti, quartam partem retinere inter ipsum & fideicommissariū pro rata portione diuisis actionibus contra communem stipulationem, & si totam hereditatem volens restituerit, ad eum & in eum omnes transfert stipulationes.

**Senatusconsultum Turpillianum** quo statuitur, ne quis publici iudicij crimē intentans, ab accusatione publici criminis causa ordinata, id est, post inscriptionem & fideiussionem datam resistat abolitione non impetrata.

**Senatusconsultum Velleianum** indutum est in fauorem mulierum, scilicet illarum quæ leuitate sua & sexus fragilitate se & sua obligant pro aliis fidei iubendo, vel obligationem in se recipiendo. Per hoc senatusconsultum eis subuenitur & conceditur vt & ipsæ indemnes seruentur, & si coueniantur pro tali obligatione, possunt opponere exceptionem senatusconsulti Velleiani. Cessat autem hoc senatusconsultum, cum mulier renuntiavit Velleiano, & omni auxilio. ff. ad Velleia. l. vltima. Et dictum est

à Velleio consule, qui fuit auctor illius statuti. Et nota quod mulier potest renunciare Velleiano absque alia certioratione, vt not. in l. iuris ignorantiam. C. qui admit. ad bonorum possessionem. & Bald. ibi distinguit tria membra, aut mulieris intercessio vel fideiussoris est secundū leges aut præter leges, aut contra. Primo casu non est querenda certificatio, cum non sit opus renuntiatione ex quo lege permittētes fideiussit. Et sunt quinque casus. Primus, si intercedendo aliquam pecuniam recipit, & sic se obligat. l. aliquando. in principio ff. ad Velleianum. Secundus si secundo intercessit. l. si mulier perfectæ ætatis. C. eod. tit. Tertius si pro dote fideiubeat. l. finali. co. ti. Quartus si pro libertate. c. alicius & in causa pia. Quintus si apud minorem intercedat. ff. de minoribus. l. si apud. Secundo casu aut certificat, aut non. Si primum, valet renuntiatio, seruata solennitate, videlicet, cū instrumento publico & testium subscriptione. Si secundum, non valet. Fallit tamen in duob. casib. Primo quādo sit renuntiatio in iudicio, valet colore & fauore iudicij. Secundo si interuenit iuramentū, valet secundū Bar. in l. sciēdū. ff. de verborū obligat. & secundum Baldum in a. the. sacra menta puberum. C. si aduersus vendit. Tertio casu contingit contra legem fideiubere duobus modis. Primo pro marito, non in sui utilitatem, sed mari-

ti. Secundo omiſſa ſolēnitate inſtrumenti, & teſtium. Hæc addit Bald. ſuper additionib. Io. And. in ſpec. tit. de diſpu. & alleg.

Senatusconſultum Vintianum, vi. de ſuprà, in verſi. Senatusconſultum Iunianum.

Senatusconſultum Voluſianum ſta-  
tuit q̄ qui improbè in litem co-  
eunt, vt quicquid ex condem-  
natione in rem ipſius redditum  
ſiue relatum ſit, inter eos com-  
muniter lege Iulia, de vi priuata  
tenerentur.

Senex multipliciter dicitur. no. ff. de  
ado pt. l. ſi pater. §. ij. de teſt. l. in-  
uſti & vide. C. de his qui nō im-  
ple. ſtipen. l. ij. Aliquando dicitur  
ſenex maior lxx. annis. C. qui et.  
l. vnica. Item adde quis dicatur  
ſenex, per Fel. in c. quoniam. in  
princ. verſi. ad tertiam. vt lit. non  
confeſtat.

Senes & valetudinarij qui dicantur:  
vide Pan. in c. quoniam frequen-  
ter. in viij. coll. verſi. tertio princi-  
paliter quarto & ver. ſeq. vt lit. nō  
confeſt.

Senium quadruplex, ſcilicet nature,  
gratiæ, culpæ, & æternæ gloriæ,  
vide Alb. in ſuo dictio. in verſi. ſe-  
nium.

Sensus ſapientis non arbitratur cō-  
tra iura. vnde quando alter con-  
trahentium paciſcitur aliquid fa-  
cere ad ſenſum ſapientis, alter  
contrahentium tenetur ea face-  
re, quæ de iure fieri debent ſuper  
illo contractu, quia ſapientis arbi-  
trari contra iura nō poteſt, aliàs  
ſapientis non eſſet.

Sententia ſecundū Az. in ſu. C. quo.

& qua. iud. ſen. profer. debet, quā  
doque pōt dici cuiuſcunque ora-  
tionis ſignificatio. Quādoq; po-  
nitur pro opinione magiſtroiū.  
Quādoque dicitur quicquid ali-  
cui de re aliqua placet. Quādoq;  
eſt deportatio. Quādoque excō-  
municatio, vel interdictū, ſed im-  
propriè, quia excōmunicatio vel  
interdictū potius punit quàm fi-  
nē cauſæ imponat. Ideo potius  
pōt dici pœna quàm ſentētia vel  
deſſinitio. Quādoq; ſentētia di-  
citur, quodcūq; iudicantis præ-  
ceptum, nō nature, non iuri non  
bonis morib. contrarium. Et ſe-  
cundū hanc ſignificationem di-  
ſtinguitur, quia ſentētiarum alia  
eſt deſſinitiuā, alia interlocuto-  
ria, alia conuentionalis, alia quæ  
dicitur præceptum, alia mulcta,  
alia diſpenſationis. Et poteſt ſic  
deſcribi ſententia deſſinitiuā. Eſt  
deſſinitio iudicialis cōtrouerſiæ  
finem imponens. ff. de re iud. l. j.  
Et addunt quidam ad deſſinitio-  
nem indubitata, & quæ nullo re-  
medio retractari poſſit: per l. ele-  
ganter. §. ſi poſt rē iudicatā. ff. de  
cond. ind. Vel ſic deſcribitur ſen-  
tētia deſſinitiuā. Eſt deſſinitio iu-  
dicialis, cōtrouerſiæ finē impo-  
nens, ex pronuntiatione iudicis  
damnationē vel abſolutionē cō-  
tinēs. Et hæc principalē deſſinit  
quæſtionē, vt quā auditis vtriuſq;  
partis allegationib. cā terminat,  
& ſinis principali negotio impo-  
nitur, quā ſemel lata iudex reuo-  
care nō pōt, & iudex eſſe deſinit,  
quia officio ſuo functus, licet re-  
tineat iuriſdictionē, ad exequen-  
ſum,

dū, de offi. deleg. c. in literis. & c. quæretī. Sed an corrigere possit si dicat absoluo p̄ codēno, vide Goffredū i Sūma, de sent. & re iu.

**S**ententia interlocutoria est sententia semiplena quæ p̄fertur inter principitū, & finē causæ, nō super principali, sed super emergentibus, & incidentibus. quæstionibus, puta, super libello offerendo vel cōcipiēdo, vel dāda dilatione aut deneganda, & similib., principali causa durāte, vnde quādo iudex non residens pro tribunali interloquendo inter partes sine solēnitare scripturæ aliquid pronuntiat de plano, & super aliquo incidenti vel emergenti extra primū intentū principale: hāc reuocare potest iudex, siue sit ordinarius siue delegatus siue arbiter, debet tamen cū causę cognitione ferri, & iudice cōcedente non procedēte. iij. q. iij. C. de inducijs. §. spatiū scđm Gof. & sententiā interlocutoriā fert iudex contra reū contumacē qū citato reo & non veniente, pronuntiat actorē fore mittendū pro mensura debiti declarati, vel rei petite. De emergenti quæstione, vt quando est quæstio inter partes vel aduocatos utrū aliquis sit recipiendus in testimonium, & c. vt suprā. Et illa sententia transit in rem iudicatam quo ad duos, scilicet vt remedio appellationis attentari non possit, & vt excipiat ex ea. c. cū dilectus. de elect. in fi. nō autem vt ex ea agatur actione in factū, sicut ex definitiua. A qualibet enim tali potest appellari se-

cundū canones, nō autē secundū leges, generaliter fallit i casibus. l. ij. C. vt lit. pend. vel dī si interlocutoria sit talis quæ absorbeat totū ius alicuius, & instar habeat diffinitiuæ, ita vt post interlocutoriā non sit opus ad appellandū à diffinitiuā, si ab ea appellatur, secus si post interlocutoriā saluū sit beneficiū appellationis à diffinitiuā. Gof. tenet primū in fū. eo. ti. de sent. & re iud. Itē interlocutoria scđm eundē est declaratio iudicialis super aliquo articulo summarie ius tribuēs inter partes. Et finaliter omne verbū à iudice in iudicio prolatū, iudicialiter faciens ad causam, est sententiā interlocutoria. vt in aut. de litig. §. omne. collat. viij. & c. Et notādum, q̄ aliud est sententiā, & aliud est statutum. Nā statutum fertur pro futuris delictis, dicēdo Statuimus vt nullus hoc faciat, & faciēs sit excōmunicatus ipso facto, vt no. i. c. si de cōst. li. vj. Sēntentiā verò prolata sic. Excōmunicō te si furtū feceris, prohibetur furtum, quia tractus futuri tēporis nō spectat ad iudicē, de hoc gl. opti. de sen. ex. c. Romana. lib. vj. & c. à nobis. de sen. exc. Itē differt sententiā à canone i hoc, quia canon archiepiscopi in p̄uinciali concilio ligat subditos totius p̄uinciz. xvij. distinctione. c. ultimo. Sententiā autem archiepiscopi dicendo, Quicūque furtum fecerit, sit excōmunicatus, nō cōprehendit subditos totius p̄uinciz, sed solius diœcesis suæ, vt est glo. in c. Romana, p̄zal. Item

sentētia excōmunicationis siue iusta sit, siue iniusta, tener. xj. qu. iij. c. j. nisi in duob. casibus. s. post appellationē legitimā, & intolerabile errorē i forma. c. per tuas. de sēt. exc. solet. & c. venerabilis. co. tit. li. vj. Et quō sentētia trib. modis dī iniusta s. ex cā, ex animo. & ordine, est gl. iij. in c. sacro. de sen. exc. & illud iterū verū est in sentētia excōmunicationis, in qua est speciale q̄ teneat non seruato iuris ordine, aliās autem sententia lata iuris ordine non seruato, non tener. C. de sen. & in ter l. o. man. iud. l. prolatam. Itē de definitiua & iterlocutoria est gl. in cl. vnica, super verbo definitiua. de sequest. possess. & fructuū. Et no. q̄ sentētia lata super verbo possessorio dī definitiua, secundū gl. in c. fi. de iud. & intelligitur quando cā possessionis est deducta principaliter in iudiciū, vel habet annexū petitōriū secus si quis accedens veniret in iudiciū. Etiam diffinitiuā prout imponit finē causæ, nunquā datur super possessione, nisi sit proprietatis annexa, vt ibi no.

Sententia conventionalis est amicabile cōpositio, vt quando iudex conuenit aliquem, & cōmouet eū ne faciat contra conuentionem. Alias sententias, scilicet præceptum, mulctam, dispensationem. Require in locis suis.

Sæpe notat regulam in cōtrarium, vt in §. in fraudem. Inst. quib. ex cau. manumit. non licet.

Sæpius, id est aliquando, regulariter tamen contrarium significat, &

verificatur in duab. vel trib. vicibus Itē facit cōtrarios casus speciales. l. si i diē. §. seruo ff. de cōd. & demon. secundum Dynum.

Septa oppidum est Aphricæ Mauritaniæ, ex aduerso Mellariæ positū, quæ nūc Tarifa, illud Capta vulgō dicitur. In codice ti. de officio præfe. prætor. Aphricæ. l. in nomine domini. Iubemus, inquit, in traiectu qui est circa Hispaniam, qui septa dicitur. N. Septa sunt clausuræ, & dicitur à sepio, vt est gl. in cle. ne in agro, de statu mona.

Septum, quod est à sepiendo dictū, cōplura significat: nam septa dicuntur quæ sunt munita siue lapidib. siue formaceis parietibus, hoc est terra pauita, siue ex lignis, siue etiam ex veprib. & spinis. Hinc dicta Romæ septa in cā po Martio. Hinc septa à Iuriscōsulto appellantur quæ suat opposita ad fossas inciles, ne aqua fluminis euagetur. Vl. li. 40. Dig. ti. de riuis. l. j. septa sunt inquit, quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine causa, siue lignea siue lapidea sint. Ne.

Septāx septem habet vncias. Requiere suprā, As.

Sepulchrum est locus, in quo mortuus cōtinetur vel sepultus est. sed monumentū dī idem locus sine corpore. Requiere suprā. Ne.

Sepultura secundū Gof. qñque dicitur officium quod impēditur sepe liēdis. Quandoque ipsa terra ad vsum sepulture deputata. Quandoque tūba marmorea vel lapidea vel

vel locus cōcauus in ecclesiastico cōmiterio factus, in quo corpus catholici quiescit. Itē sepultura est ius funerādi in ecclesiā cōmiterio. Est autē ius fuāerādi potestas sepeliendi in cōmiterio, proueniens ecclesijs ex concessione Pontificis.

Sequela dicitur omne, quod naturaliter sequitur ad aliud, vt iumentum equā, vitulus vaccam.

Sequester est is apud quem res litigiosa deponitur à plurib. & sequestratur, vt ei qui in causa vicerit reddatur, dictus ab eo q̄ occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendunt, cōmittitur res, de verb. sig. l. sequester. vide extrā, de iud. c. examinata. Est enim scđm Gos. depositarius rei in iudicium deductæ, vt ff. de positi. l. propriè.

Sequestrū est illud scriptū quod de sequestratione cōficitur, & si sit ex cā voluntaria, trāsfert possessionē in sequestrum, secus si ex cā necessaria. l. interesse puto. ff. de acqui. poss. & no. in c. examinata, de iud. in gl. & in gl. cle. vni. de sequestra.

Sequestratio est rei, de qua agitur vel cōtrouersia est, separatio vel depositio, vel possessionis interdictio. Interim enim q̄ res apud sequestrū est, nec actor nec reus possidet, vt ff. de statu. ho. l. libertus. Nō potest autē illa depositio, quæ sequestratio dicitur, fieri nisi à plurib. quanuis alias & vnus & plures deponere possint, vt l. licet. ff. de po. Nam plures rem litigiosam deponunt, quando de voluntate partium fit. Etiā vnus

deponere potest de mādato iudicis, vt in gl. c. examinata. de iud. & ibi per Doct. Et no. q̄ secundū Gos. sequestratio fit aliquādo cā omittēde possessionis, & tūc neuter litigantiū possidet, sed sequester. Aliquādo cā custodiæ, & tūc possessio remanet penes possidētē. Et generaliter prohibita est sequestratio. C. de proh. sequestra. l. vnica. Permissa verò casualiter. Primò voluntate partium, vt lite finita res victori detur. Secundò ex necessitate, ne persona suspecta cū re mobili aufugiat. Tertio ne persona suspecta circa rē immobilē fructus depopuletur vel dissipet. Quarto propter contumaciam non cauētis ī collatione bonorum faciēda. Quinto si seruus de possessione seruitutis proclamat in libertatem. Sexto cū appellatur ab executore. Septimò cū timetur de s̄uitiā viri, nec potest sufficienter vxori caueri, sequestratur vxor. Octauò ne perdatur vendendi commoditas. Nonò cū aliquis de comitib. præsidis furtū patitur, nā res sequestratur vsque ad tēpus successoris præsidis. Merito enim sequestratio fieri non debet nisi tunc demum cum timetur ne possessio vel appellans fructus depopuletur, scđm Gos. i. su. Alios casus vide i. cl. vn. eo. ti. & l. j. ff. de col. bo. & scđm Arch. in c. ga. res. xj. q. j. vbi latè de hac materia, & per Io. Mon. & Io. An. in regula locupletari, de reg. iu. li. vj. vide etiam gl. fi. in c. dilectus. de sequestra. posses. cum ibi no.

Sequi-

Sequioris vitæ cum vocat Vlp. in l. Seruiana, & quasi seruiana actio, re  
cū ii. de trāfact. qui sibi ex se ali-  
menta suppeditate nequeat, sed Seruitus est constitutio iuris gentiū,  
de alienis laborib. pendeant. quire supra actio.

Seria, vas est fictile, vino aliisve re-  
bus asseruandis aptū. Persius, O  
si sub rastris crepet argenti mihi  
seria dextro Hercule. Inde per di-  
minutionem idem autor dedu-  
xit seriolam. Vlp. in ti. de ver. si-  
gnific. l. vinaria. dolia, inquit, & se-  
rias tandiu in ea causa esse, quā-  
diu vinum continerent.

Seria, vasa sunt fictilia oblonga, de  
quib. Liuius in 4. secūdi belli Pu-  
nici sic inqt, Et i vico histrico sō  
rē sub terra tāta vi aquā fluxisse,  
vt serias doliaque, quę in eo loco  
erāt, puoluta velut impetus tor-  
rentis tulerit, & de his intellexit  
Vlp. in l. vinaria vasa. ff. de verb.  
signi licet alij aliter. & in l. sed, &  
si quid. §. proprietatis. vide ibi gl.  
ff. de vsufruct.

Sericoblattæ dicuntur vestimenta  
quę inseruntur & texuntur serico,  
vt l. lotas. C. de murilegu. lib.  
11. secundum Accur.

Legendum, sericoblattæ, duplici tit.  
vt ibi attestatur Alc. Nā blatta di-  
citur purpura, vnde sericoblattæ  
vestes purpureæ serico intextæ.

Sericum, quemadmodū diximus in  
verbo bōbycinus, lanę genus est,  
quod apud Seras Indos ex arbo-  
ribus depectitur, non illud quod  
vulgō creditur, Horat. in Epodo,  
Inter sericos iacere puluillos a-  
mant. Vlp. tit. de auro & arg. leg.  
l. vestis. Vestimentorum, inquit,  
sunt omnia lanea, lineæ, vel seri-  
cata, vel bombycina.

Seruitus prædialis est quædā cōsti-  
tutio quæ prædiū prædio subiūga-  
tur, & seruitutes prædiales, lex rea-  
les appellat, quę sequuntur prædia,  
& earū cōstitutio eatenus tenet,  
quatenus expedit prædiis, id est  
ad fructus eorum percipiendos.

Seruitutum autem prædialium alię  
sunt vrbane, & alię rusticæ, sed  
has quidem seruitutes lex dicit  
esse iura cōmunia, quæ libertatis  
sunt, vnde not. secundum Az. in  
sum. C. de ser. & aquædu. quod hoc  
verbum ius, in eadem lege, & in  
eadē voce supponit pro seruitu-  
te. Dicitio enim semel posita, duas  
quandoq; importat significatio-  
nes, scilicet propriā, & impropriam, vel  
vtrāq;. Propriē autem secūdū di-  
uersa dicuntur seruitutes. Nam  
si non possem ex cædibus meis e-  
xire in agros meos vel perueni-  
re ad viam publicā nisi per agros  
tuos, vel hortos, & emā a te licē-  
tiā eundi, hæc licentia dicitur ser-  
uitus itineris, quia prædium tuū  
in hoc mihi seruit. Et harū serui-  
tutū quædā habeñt causam con-  
tinuam, quædam quasi cōtinuā,  
& quædam discōtinuam, secūdū  
gl. in l. seruitutes magna. in pñ. in  
gl. off.

gl. magna. ff. de serui. tit. gene. Et quæ seruitus dicatur habere causam continuam, & quæ discontinuam, declarat Bar. in l. 3. C. de seruit. & aqua.

Seruitutes rusticæ sunt quæ prædiis rusticis debentur, velut iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ haustus, pecoris appulsus ad aquam, ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, quæ tria vltima possunt dici nominatæ seruitutes rusticæ, sed superiora propriis nominibus carent, quæ omnia requirere locis suis. Nã iter est ius quo ex æde mea per agros tuos possum in vicos publicos exire vel intrare, sed aquæ haustus est, vt aquam haurire possim de puteo tuo.

Seruitutes vrbane sũt quæ prædiis vrbanis debentur, scilicet intuitu alicuius ædificij, nã ædificiis inhærent, velut altius tollēdi, aut non tollēdi, ne offēdiatur luminibus, vel prospectui domus vicini. Item stillicidium auertēdi vel nō auertēdi in tectũ, vel in aream vicini, vt stillicidium tecti mei cadat in areã vel fundum eius. Item, vt liceat immittere vel proicere tignum in parietem vicini. Et no: q̄ an seruitus sit vrbana, vel rustica, colligit̄ ex qualitate prædij, cui debetur ipsa seruitus, quod patet, Nam talis est seruitus, quale est prædium cui debetur. Hinc est, q̄ licet via sit seruitus rustica, tamen si seruiat domui, quæ est vrbane prædiũ l. vrbana prædia. de verb. sig. censetur seruitus vrbana, in ipecto

fundo cui debetur. gl. in l. 1. i. gl. fin. de ser. vrb. præd.

Seruus est qui de iure gentiũ vel ciuili dominio alieno subiicitur. in hac parte & ius gentiũ, & ius ciuile detraxerunt iuri naturali. Et dicuntur serui nō à seruiendo, sed à seruando. Imperator enim, vel princeps captis hostibus qui semel sunt capientium, vendere iubet, & per hoc seruare, & non occidere, hostib. enim captis, & sic in seruitutem redactis hoc seruãdũ est, quod vtile, & benignũ visum est. Neos oēs seruari, & non occidi, hoc enim benignitatis est sed occidi crudelitatis. Ideo etiã dicta sunt mancipia, quia ab hostibus manu capiuntur, vt inst. de iu. person. & ff. de sta. hom. l. liber tus. Sunt etiã serui vternæ qui sunt ex ancillis manentibus in domo nati, l. Titia textores. ff. de leg. 1.

Serui stricto modo dicuntur carentes libertate. Sed largo modo etiam seruientes pro pecuniis, & mercede, dicuntur serui, à seruiendo. Pan. in ru. de Iudæis.

Serui arcarij Require supra, Arcarij. Serui ascriptitij, vide ascriptitius.

Serui attriarij vel attricenses sunt illi qui attrij custodiam faciunt.

Seruus corruptus dicitur seruus qui per alicuius inductionem factus est de bono malus, vel de malo deterior, scilicet, in anima, & corpore.

Serui corrupti actio. Require supra, Actio.

Serui cubicularij dicuntur qui lectũ, & cubiculum domini sui procurant,



- rant, qui vulgo camerarij vocantur à camera.
- Serui dedititij dicuntur qui in morte liberi, & in vita sua serui sunt, quorum libertas sublata est, vt in *ff. de liber. §. libertinorum.*
- Serui Latini sunt qui à dominis erant manum ssi, vt in vita essent liberi, & in morte serui, & eorum bona tanquam seruorum ad dominos deuoluebatur, vt in *§. præal. inst. de libert.*
- Seruus librarius à libra dictus est, qui scilicet pōderib. præest, & libræ nūmotū, & permutatorū custodiam habet domi domini sui.
- Serui insulari alias insularij sūt qui retinentur in insula, id est in domo, nec mittuntur in agros, nec in villam. Domus autem insula dicitur eo, q̄ insunt ei habitatores licet insula quandoque dicatur in salo i. mari sita.
- Seruus mediastinus vel medianus est qui medium gerit actum, scilicet qui nec est ordinarius nec vicarius, sed medius inter hos, & illos connumerandus.
- Seruus ordiarius dicitur, qui alijs seruis est præpositus. s̄ qui habet alios seruos sub se, quibus præest, & præcipit eis quod vult.
- Seruus vicarius est qui seruo ordinario subministrat.
- Seruus originarius, vide origin.
- Seruus publicus dicitur tabellio, nō quia seruus, sed quia publicum exercet officium. *ff. de adop. l. nō aliter.*
- Serui vernæ, vide in ver. Verna.
- Serui victores sūt quos quis victus habet preparandi causa.
- Serui villici sunt qui ad villam mittuntur.
- Sescuncia, est vncia cum dimidia. *Plin. in calce lib. 35. Fastigium inquit seruari impedes denos sescūciamq;* Inde sescunciale quod sescunciam cōtinet. *Plin. li. 13. Craffitidine, inquit, sescunciali. Vlp. in ti. de legatis præstandis. l. filiū. Vt partis, inquit, dimidiæ quartam, id est, dimidium totius assis sescunciam retineat, quarta namque pars tres vncias continet, igitur dimidium quartæ sescuncia est, id est, vncia, & semis.*
- Ant. Nebris.
- Sescunx cōstat ex vncia & dimidia, & est octana pars assis, & debet eius litera tertia scribi, s, & nō x, *inst. de here. inst. §. hereditas, secundum Accur.*
- Sestertius nūmus duos asses cum semisse valebat, vnde dictus sestertius quasi semisse dempto de tribus. Assis autem non semper in eodem valore perstitit, nam as, Seruio Tullo rege Romanorum pondere duodecim vnciarū percussus est, primū sub nota pecudis, q̄ vnus as pecude pmutabatur vñ pecunia dicta. Postea vero primo bello Punico sextantario pondere percussus est as, deinde secūdo bello punico vnciales asses facti, atq; deinceps paulatim p̄cipes Imperatoresq; assumptōdus valorēq; imminuere, in tñ vt Saluatoris n̄i etate asses vix semūciales essent. Vñ *Matthæi, c. 10. Nōne, inq̄r, duo passerēs asses vānennt?* quod & Marcus alijs verbis idem significatibus dicit.

Nonne quinque passeret vane-  
unt dupodio: quod videlicet du-  
pondius duos valebat asses. Si  
igitur de sestertij valore quispiã  
quereret, nõ possumus simpli-  
citer respondere, cum assis valor  
variis temporibus sit variatus,  
semper tamen valuit duos asses  
cum semisse. Accursius in codi-  
ce Iustiniano, tit. de donationi-  
bus, lege verba superflua, inge-  
nuè faceret se nescire quid sit se-  
stertium. Ant. Neb.

Seu, dictio est desinectiua. C. de sa-  
cro sanctis eccle. lege generali, &  
aliqnã p̄liat. ff. de auro & argento  
legato. lege si quis ita, & secun-  
dũ Bart. in dicta lege generali, &  
no. lxiiij. dist. ego Lud. & septua-  
gesima quinta. dist. c. vlti. in fine,  
& per Archid. de foro compe. in  
capitulo primo, libro sexto.

Seueritas dicitur rigor & integritas  
iustitiæ. Arch. in c. vt officium §.  
verum, in verbo seueritas. de he-  
re. in vj. vel dic q̄ seueritas est p̄  
quã iudicialis sententiã vel vin-  
dicta districtè exercentur, vel est  
virtus debito supplicio coercens  
iniuriam, secundum Alb. in suo  
dictio. in verbo seueritas.

Sextans est sexta pars assis ex dua-  
bus vnciis constans.

Sextarius Vide Modius.

### De I ante S.

Si, de proprio significato importat  
conditionem, nõ tamen semper  
significat. Vnde quandoque fa-  
cit dispositionem conditionalẽ.  
Quandoque executionem tan-  
tum. Quandoque significat cau-

sam incertã. Quandoque certã  
Quãdoque euentũ incertũ non  
conditio nalẽ, quia nõ suspēden-  
tẽ. Quandoque accelerationẽ &  
quãdoq; nihil significat. Exẽplũ  
primi ibi, promitto vel lego si na-  
uis ex Asia venerit. vt in l. itaq;. ff. si cer. pe. secunda ibi, iudex di-  
cit, do tutore si satisfecerit, quia  
sensus est, q̄ purẽ datur & im-  
mediate fit tutor, sed admini-  
strare non debet nisi prius satis-  
fecerit, vt l. muto. §. hãc aut. ff. de  
tut. vbi dicitur, hãc autẽ adiectio  
nẽ, quã p̄sides prouinciarũ fa-  
ciunt, de Tutore si satisfecerit,  
cõditionẽ nõ facere ratio est vo-  
lũtas proferẽtis. Nã tutor à iu-  
dice nõ p̄t dari sub cõditione. c.  
actus legitimi. de reg. iur. li. vj. E-  
tiã quia in ius datur tutor: ergo  
nõ stabit in volũtate sua per cõ-  
ditionalẽ. Nec iudices indecernẽ  
do solẽt facere iudicia sua cõdi-  
tionalia. Exẽplũ tertij. Lego Ti-  
tio si negotia mea gesserit. Et est  
aliud exprimere causã per q̄a, &  
aliud per si. Nã per q̄a exprimẽ-  
do fallã causa nõ vitiat, sed per  
si vitiat. l. demonstratio. ff. de cõd.  
& de. nisi aliud appareat ex vo-  
lũtate disponẽtis. Etiã q̄nq; si ca-  
pitur pro quia, vt ibi, si deº est, q̄a  
hic subiecta materia & fides ca-  
tholica hẽr, s̄q̄ Deus creator est  
omniũ certitudinaliter. Quarti,  
q̄n ille euentus est de p̄sẽti vel de  
p̄terito, vt ibi, promitto vel le-  
go si rex est Parisiis, vel fuit tali  
die, vbi euentus est disponẽtib. vel  
disponẽti incertus, nõ tamẽ cõ-  
ditionalis, quia non suspendit.

Nam

Nam actus purus statim valet vel non valet. §. fin. inst. de ver. oblig. & hic accelerationem significat. Etiam quandoque nihil significat, vt ibi, promitto si talis morietur. ar. l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouat. & delega. quia non potest significare conditionem, quæ est de euentu futuro certo. sed quia nihil certius morte, ergo materia subiecta non capitur. Dicit tamen Bart. quòd in vltimis voluntatibus operatur conditione dicendo lego, si heres morietur, vel sempronius morietur, nõ ex eo quòd mors sit incerta, sed quia incertum, an legatarius morietur antequam heres vel sempronius. alleg. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & dem. vbi dicitur quòd legatum tale, si mater tua morietur, est conditionale, Petrus dicit contra, quòd est purum. Et sic in tex. allegato, debet sumi pro cum, quod significat principaliter tempus, & per consequens conditionem. Item nihil significat, vt ibi, promitto si volueris, lego si heres voluerit. l. sub hac. ff. de act. & oblig. quia actus in voluntate obligandi est, & sic nulla est dispositio, vel restrictio fit, nisi disponens videatur decidere l. si ita expressum. ff. de cond. & demon. Finaliter autem semper ad mentem disponentis recurrendum est, quia sepe contingit, quòd vna dictio vel oratio per vnum capitur in vno significato, & per aliud in alio. **Sun** ergo circumsstantiæ atten-

dendæ, per quas mens proferentis declaratur.

**Si** non valet hoc iure, valeat illo: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, &c. Hæ clausulæ significant, si nõ potest valere ex defectu solennitatis vt testamentum, scilicet, quòd non sunt septem testes, vel non sigillauerunt eodem contextu, valeat iure codicillorum, si sunt quinque testes, quia disponens hoc voluit, & lex admittit. significat ergo dictio si, apposta his verbis vel aliis, quod voluntas disponentis declarata ex verborum significato, vel alio quouis modo dicitur.

**Sic**, qualiter intelligatur, vide extra de privileg. capit. ex ore. de confir. vti. ca. examinata, & de verb. sig. cap. abbate. cum simi.

**Sicca** est ferrum vel cultellus breuis, in vtraque parte scindens & acutus, quo maximè vtitur qui apud Italos latrocinia exercet, sed eius interpretatio est larga, vt contineat telum, lapidem, lignum, & quodlibet ferrum, vt institut. de pub. iud. §. item lex & §. sicarij.

**Sycomorus** ficus est Ægypti peculiaris: Latine interpretatur ficus fatua, habet enim ficos nostris non absimiles, insulas tamen. Eius arboris meminit Iurisconsult. titul. de extraor. crimi. leg. sacularij. si quis, inquit, arborem sycomorū exciderit, nam & hæc res vindicat extra ordinem nõ leui pœna, idcirco quod hæc arbores colligat aggeres Niloticos. Ne-

Sicarij dicuntur homicidæ & interfectores, dicti à sica, id est ferro vel cultro. inst. de pu. iud. § sicarij, etiam dici possunt sicarij, qui alicuius vitæ armis insidiatur. de pœ. distinct. j. is, qui cum telo. de homicid. cap. sicut dignū in glos.

Sigillum, est parua statua, quoniam signum pro statua plerunque accipitur. Ouidi<sup>9</sup> in primo de arte: siue erit ornatus, non ut fuit ante sigillis. Africanius de leg. j. l. cætera. Vel singula sigilla adæquata legari posse. Item Vlpia. tit. de fund. instr. l. quæsitū, sigilla, inquit, & statuz affixæ non continentur. Accu. ānulos nescio quos ferreos, interpretatur. Nebr.

Sigillarim, id est singulariter, ita exponit Hostiensis. in c. venerabilis. de testi. & Archi. inc. præsentium § testes. eod. tit. lib. vj. & habetur de hac dictione in l. sed & si per prætorem. §, fin. ff. ex quib. cau. maio. & in l. cum quidam. C. de verb. signific.

Sigillum præter vulgatam significationem interdū significat parua statuam. l. quæsitum. §. Papinianus. de fund. inst.

Signum quid sit, & quomodo signum differat à sacrificio, de cōsec. disti. ij. sacrificium, & c. signū & quomodo multiplex est signum vide extra de consue. c. ij. in glo. frequentius autē accipitur, p sigillo. l. 3. de tabul. exhib.

Signare est aliquam formam vel signum alicui imprimere, vel notam imponere, vnde testamentum signare, id est notare debet

quis, ut notum sit illud quod scriptum est. Isido. lib. v. Ety. sed subsignare est subscribere, ut si testes vocati & rogati à testatore subscribant.

Signatas tabulas (inquit, Vlpia. in l. ad testium. de testā.) accipi oportet, & si linteo quo tabulæ inuolutæ sunt, signa impressa fuerint.

Signatum aurum vel argentum, & dicitur, docuit Iurifcon. clarissime in l. Quint<sup>9</sup>. de au. & argē. leg.

Signator, ut autor est Pedianus, erat qui testamento aut aliis instrumentis aut contractibus nomine suum subscribebat. Sallustius in Catilina: Ex illis testes signatore sive falsos commodare. Iuuenalis: signator falso qui se lautum atque beatum. Vlpia. tit. quemad. testam. aper. l. cum ab initio. Cogar, inquit, signatores conuenire, & signa sua recognoscere. Neb.

Signatorius annullus, est qui characterē. j. sculpturam habet, quo utimur ad imprimendū signa.

Significatio scdm Azo. de ver. sig. propriè est demonstratio facta, proprio nomine rei de qua quiritur at tributo, sed largè ponitur si propriū nomen non interueniat, si tamē res per aliud verbū, & aliquo modo accedere possit ad rei ostētionē notificetur.

Signi<sup>9</sup>, a, um, à signia vrbe Cāpaniæ Vnde pira signina Iuuenali, & vina signina Marziali, & structura siue op<sup>9</sup> signinū: qd vt scribit Plin. li. 1. §. cōfici<sup>9</sup> fractis testis cōtusis calce addita. Coluella li. 1. vel ut si gninū op<sup>9</sup> pilis cōdēatur, operis

- quoque signini intrita quomodo fiat, Vitruuius libr. 8. expōit. Vlpia. in titu. de iuris. l. j. §. sed si si quis inquit, terrenū rauū signinū facere velit, vbi pro signino signatū mendosē legitur in codicibus antiquioribus Qui verū nō intelligebant qd signinū aut signatū esset in ciliceū cōmutarūt In archetypis tñ Pādectis Floretinorū signinū habetur. Neb.
- Signinū opus**, vt interpretatur Nebr. ex Plinio, cū q̄ cōficitur fractis testis cōmissis, additā calce.
- Silentarij** sunt idem quod consilia rij vel secretarij principis, q̄a filere debēt & occultare principis consilia, vt ff. de mīno. l. verum & gl. iij. l. illud C. de colla.
- Siliginarius** est custos siliginis. id ē, horreum in quo siligo adseruatur. Est autem siligo frumētū quoddā genus cādidiſsimi, aliqñ filigo p̄ farina purgatissīma, atque ipsīs tritici delicias accipitur. Pli. libro decimo octauo. Siliginē dixerim p̄prie tritici delicias. Celsus libro secūdo. Ex tritico, inqt firmissima siligo. Vlpian. in titulo de furtis l. siquis vxori. §. apud Labeonē, & siliginario, inqt quis dixerit, vt qui nomine eius siliginem perisset. Item Iulianus tit. de neg gest. l. ex facto. Nebr.
- Siliginarius**, custos siliginis. l. siquis vxori. de furt.
- Siliqua** scdm Isid. est vigesima quarta pars solidi, alij dicunt octaua, alij quarta pars vocat̄, super quo videliberro. 2. filium. ff. de annuis leg & in auth sed hodie. C. de episc. & cler. & in auth. de
- sanctis. episc. §. sportularum. Aliquando est cortex seu pellis fabæ & ciceris. l. frugem. §. fin. ff. de verbo. signific. & ibidem glo.
- Sylua cædua** est quæ ad hoc vt cædatur deputata est, & dicitur aperta cædi, q̄a facillē succrescit
- Sylua palaris** ex qua pali & pedamentum tumuntur
- Sylua pascua** dicitur quæ pascuis pascuum est assignata.
- Simile** dici non potest, vbi dissimilitudo subest. xxvij. q. j. sicut enim. & l. iij. ff. de in. rup. & irrit. restā & qualiter interpretetur hoc verbū simile, vide c. oli. de ver. signi.
- Similitudo** est rerum differentium comparatio, secundum Boe. & quæ similitudo ad speciem vel genus referatur, est gloss. not. in ver. curam animarum. in c. non potest, de præbendi libro. vj.
- Simonia** scdm Goffr. est studiosa cupiditas vel volūtas emendi vel vèdendi spirituale, vel spirituali annexū, quod spirituale cēsetur, ius em̄ percipiendi p̄uentus præbendales. s. ratione præbendæ vel prælaturæ, spirituale nō est, sed annexū spirituali, s. canonice, propter res tēporales, quæ ex illo iure proueniūt. vt l. fruct. 1. q. 3. si quis obiecerit, sic & ius patronatus d̄r annexū spirituali, p̄pter quā dā cōfederationē, quia cadit in laicū à quo possidet, vt c. de iure pat. eo. tit. Et d̄r à Simōe mago, q̄ fuit primus auctor huius sceleris i nouo testamēto. Ipse em̄ voluit cinere gratiā spiritus sancti à beato Petro. sic Giezi in veter

teri testamēto voluit gratiā san-  
nitatis Naaman Syro vendere,  
vt 4. Reg. 5. Vnde simoniacus di-  
citur propriè emptor spirituali-  
um, sed Gieziricus vè ditor eo-  
rundē. j. q. j. qui studet. Et simo-  
nia peccatum enorme, respectu  
ei⁹ q. p. simoniā beneficium ac-  
quiritur, qui pœnitentiā agere nō  
pōt beneficio retēto, vel dī e-  
norme, id est indispēfabile, quia  
dispēfari nō pōt cum simonia-  
cō. nisi in beneficio resignato, si-  
cut in simoniaco in ordine con-  
tingit. vt xij. distinctio. aerui. Et  
simoniac⁹ etiā occultus ī ordine  
suscepto, qui vitiosum habet cha-  
racterem, vt j. q. j. quibusdā, sus-  
pensus est quo ad se & quo ad  
alios. j. q. j. Reperitur etiā simo-  
nia sola intētiōe absque pacto  
vel facto committi, vt in c. qui  
studet. p. r. alleg.

lexandr. & Francif. de Aret. in l.  
prima. §. si quis simpliciter. ff. de  
verb. obligatio. Sine, hęc dictio tria importat. Est  
eū priuatiua. negatiua, & exclu-  
siua particula. nō. ff. de pig. actio  
l. j. §. pteritē importat argumen-  
tum à cōtrario sensu, extra de iis  
q̄ fiunt à p̄lat. sine cōsensu capi-  
tuli, eū apostolica. §. fin. Aliquan-  
do includit v. distinct. ad eius. &  
de rem. ord. c. nec episcopi. & ibi  
in glo. Aliquando ponitur pro  
nō ff. mand. l. si mādauero. §. fugi-  
tiuus. Aliquando pro contra. §. j.  
de acquir. posse. l. si ex stipula-  
tione, & plenè de hac dictione,  
vide per Alberic. de Rosa in au-  
then. quod ius. C. de procurat. &  
Bar. in l. si eum. §. qui iniuriarum  
ff. si quis cautio.

Singulare sæpe ponitur pro plurali  
l. in vsu. de verb. sign.

Synthesis, inter alias significationes  
designat etiā genus quod dā ve-  
stis duplicis, quæ sit alio nomi-  
ne Abolla. Martia, synthesisibus  
dum gaudet eques dominusq; se-  
natus. Idem alibi. mecat innume-  
ris arcula synthesisibus. Scæuola  
ti. de auro & arg. lega. l. Titio. Ex  
synthesi inquit, tunicas duas &  
palliola. Nebr.

Siphones, vt scribit Alc. in l. ferri.  
de verb. sig. erant instrumen-  
ta quibus olim fabri vrebantur  
ad extinguenda incendia, si-  
phonum meminit Vlpianus in  
l. quæ situm. de fun. instru. tam-  
etū in vulgatis codicib. scopæ,  
non siphones, impressum sic.

Si quis, generis tātū est masculini

Simplex p̄ceptum est cū p̄ter lit.  
cōtest. iudex cōfessione partium  
accedente, aliquid p̄cipit, verbi  
gratia si quis à reo in iudicio abs-  
que libello cū istrumento debi-  
ti petat x. & cōfiteatur de plano  
tunc iudex sine alia causæ co-  
gnitione vel commissione sibi  
p̄cipiat, vt certo termino sol-  
uat & hoc dī p̄ceptū, & non sen-  
tentia, quia sententia non dici-  
tur nisi quando ordo iudiciari⁹  
est seruatus.

Simpliciter, quid hoc verbum im-  
portet, not per Innocen. & Ho-  
stie. in cap. olim de accus. & ī spe-  
cul. de inquisit. §. 3. vers. sed quid  
ergo. Itē de hac dictione vide  
per Bartol. Ioānem de Imola, A

quia foeminuū propriam habet terminationem, ea est, si qua. Iurisconsult. tamen de verborū signi. l. verbum si quis. si quis, inqt tā masculos quā foeminas complectitur. Ant. Nebr.

Si qs verbū hoc, tā masculos quā foeminas cōplectit. l. j. de verb. sig.

Sisto, sistis, verbū est aliquando ab solutum, pro eo quod est sito, stas vt apud Virgilium primo Georgicor. sistunt amnes, terrāq; de hiscunt, aliquando actiuū, significatque statuo statuis. Idē quarto Æneid. Et sistere flumina vidi, & illud ex Euangelio: vt sisterent eum Domino, in hac significatione accipitur apud Iurisconsultos iudicio sisti, & iudicatum solui, sisti, pro statui & representari ponitur. Nebr.

Sistere dicitur i iudicio, qui præstat ei, de quo agitur, præsentia. l. itē apud Labeonē de ver. sig. vide supra in verb. iudicio sisti cautio.

Sitocomia. j. famēs vel guerra. C. vt nemi. lic. in emp. spe. in glos. rub. vel dic sitocomia frumentaria dicitur: vnde sitocoma præfectus frumētariæ. Nā siton frumentū & como, cura dicitur, vt habetur in l. fina. ff. de administra. rer. ad ci. pertin. vbi corruptè legitur sitonias, pro sitocomas.

Sitonæ, latine frumētatores dicuntur, quo nomine appellabantur, magistratus quidā qui frumētū & annonam curabant, vnde sitonia tale eorum munus.

Sitostasius erat qui vèdendo frumēto præerat, secundū Alcian. in l. in æstimatione. C. de frum. Alex

Lege tamen Zygo stasij. Situla, vrna est aquæ ex puteo hauriendæ accōmodata. Plautus in Amphytrione, situlā iam cepero, illi puteo aīm oēm traxero. Hie. quoq; Esai. 40. Ecce gētes quasi stilla situle reputatę sūt. i. ti. locati, in l. q. fūdū Rota quoq; p. quā aqua traheretur, nihilominus edificij est quā situla. Nebr.

Situs, us, p. squallore siue incultura cuiusq; rei, dictus à deserendo quia ea quæ deseruntur ex negligentia, redduntur inculta. Virgil. primo Georg. Et segnem pariete situ durefcere campum. Idē in 6. Æneidos. Per loca senta situ, q. Seruius pro lanugine & squallore exponit, quæ sit in locis sole carentib. Vlp. li. xxxvij. Dige. de bonorum possessio. secundū Tab. l. Vetustate, inquit, vel situ putre factum. Neb.

Siue euenerit, siue nō euenerit, hæ orationes de se sunt cōtrariorū casuum, & tamen iunctę significant puritatem, scilicet, quod actus qui deponitur his verbis sit purus, & sumitur significatū ex hoc quod certum est alterum casuum euenturum, & sic dispositio redditur pura, facit l. necessaria §. quod si pendente. de peric. & commod. rei vend. vbi habetur q. veditio facta hoc modo, siue nauis ex Asia venerit siue nō, est pura, vt l. si pupillus. §. q. sub cōditiōe. ff. de noua. vbi habetur q. qui stipulatur sub cōditiōe omnino exitura, purè stipulatur. vt l. itaque. ff. si cert. pet. vbi conditio dicitur, cū in incertum

tum confertur. Et sic patet quod hæc conditio non reddit actum conditionalem de per se, sed hæc oratio applicata dispositioni vltimæ voluntatis eâ reddit conditionalem, vt l. huiusmodi. ff. quando di. leg. ce. vbi dicitur quod legatum hoc modo factû, siue illud factû fuerit, siue nō, est conditionale. & intellige siue non fuerit infra certû diem, ne in infinitû expectetur. Et licet certû sit alterû casuû euenturû, tamen incertû est, an viuente legatario vel nō, & sic incertitudo facit conditionem in vltimis voluntatibus, facit l. j. ff. de cōd. & demonstr. secus in cōtractu qui purè transmittitur, siue factû existat siue non, ergo cōtractus factus cū ille morietur nō est conditionalis, sed in diē. l. nā si cū moriar. de cond. inde. Et sumitur in his significatû ex cōmuni modo intelligēdi, nisi aliud certè apperaret ex voluntate testatoris vel contrahentium A. N.

Smyrna à Græcis appellatur, quanti nos myrrhā odoratā dicimus. Lucretius li. 2. Gōtentus odor smyrnæ mellisq; sapes, apud Galenū quoq; iterpres semp smyrnā verbum græcū pro myrrha reliquit. Apud Martianum tit. de publica. l. interdū sinura pro smyrna mēdosè legitur.

### De Sante O.

Sobrini & sobrinæ dicuntur qui vel quæ ex partuelibus, fratribus, vel sororibus consobrinis vel amitis progeniti vel progenitæ sunt.

Sobrinus ppior, & sobrina propior, sunt patru magni vel amitæ magnæ, auunculi magni vel materteræ magnæ, filij filiæve.

Socer est pater mariti. l. sicut aut. ff. de re iu. et est pater vxoris. vt ead. l. crus est mater mariti vel vxoris.

Adde quod soceri appellatione continetur etiam auus mariti vel vxoris, & appellatione socrus, auia. l. socer. de verbo. sig.

Socer magnus & socrus magna appellatur auus & auia mariti vel vxoris. l. non facile. ff. de gradibus.

Societas, est duorum pluriūve cōuēctio honeste cōtracta, ad vberiorē quæstū & cōmodiorem vsum: require suprâ Actio pro socio.

Sodales dicuntur, qui sunt cōuiuio rû participes: fuit & Romæ collegiū sodaliū, de quo Cicero i Catone maiore. Primū, inquit, semper habui sodales, sodalitates autē me Quæstore constitutæ sunt sacris Idæis Magnæ matris acceptis, epulabat igit cū sodalib. omnino modicè, huiusmodi autē sodalitates è Græcis phratia dicuntur, de qb. Aristoteles i Politicis. Erātq; plerūq; i honestæ. Gellius li. 9. Adolescentē, inquit, Taurus à sodalib. cōuictuq; hominū scanicorū abducere volēs. Caius lib. xlviii. Dige. de collegijs illicitis. l. ff. Sodales, inquit, sunt, qui eiusdem collegij sunt, quam & Græci Etaian vocant, & hæc videtur ex Solonis lege translata esse, nam illicita est eadem.

Sodales, qui sunt eiusdem collegij. l. vlt. de colleg. illicit.

Solarium, veltigal quod reipit. sol-